

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]

Die sabbati ante natale Domini: Evangelienlesung nach Lucas; beatus
Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

Quicquid superfluum ut nocivum
diurna uagatione contraxisset
Totum hoc nocturnis deuotio precibus
ac lacrimis ex tempore mandaret
Uerum nos quia in longum duximus
sermonem. iam conuersi ad dnm
clementiam ipsius postulamus.
Ut & memoriam beatae mariae con-
gruis ueremus officis. Et ad
celebranda dominicae natiuitatis
sollemnia purioribus animis ueni-
re mereamur. Adiuuat ipse
ad facienda opera spiritalia. ad
percipienda dona caelestia deside-
rium nrm. qui pro nobis incarnari.
Atque inter homines uiuendi for-
mam dare uoluit unigenitum suum
ihm xpm dnm nrm. Cum quo uiuit
& regnat ds in unitate sps scs per
omnia saecula saeculorum. amen.

**DIE SABBATI ANTE NA-
TALE DNI.**

LIC SCAI IUA SEC LYCAM.

Anno quinto decimo imperii tibe-
rii caesaris. procurante pontio pilato
iudaeam. tetrarcha autem galileae
herode. philippo autem fratre
eius tetrarcha iturae. & tracon-
tidis regionis. & lisaniae
abilinae tetrarcha. subprinci-
pibus sacerdotum anna et caifa
et reliqua.

**XIII OMELIA HUSDEM LECTI-
ONIS BEATI GREGORII
PATAE.**

Redemptoris praecursor
quo tempore uerbum praedi-
cationis acceperit. memora-
to romane rei publicae
principe et iudaeae regibus de-
signatur cum dicitur.

Anno quinto decimo imperii tiberii
caesaris. procurante pontio pilato
iudaeam. tetrarcha autem galileae
herode. philippo autem fratre
eius tetrarcha iturae. & tracon-
tidis regionis. & lisaniae
abilinae tetrarcha. subprinci-
pibus sacerdotum anna et caifa. factum est
uerbum dmi super iohannem za-
chariae filium in deserto.

Quia enim illum predicare ueniebat
qui ex iudaeis quosdam. & multos
ex gentibus redempturus erat.

Per regem gentium. & principes
iudaeorum. praedicationis eius
tempora designantur. Quia
autem gentilitas colligenda erat.
& iudaea pro culpa perfidiae disper-
genda. Ipsa quoque descriptio
terreni principatus ostendit.

Quo & in romana republica unus
presuisse describitur. Et in iudae
regno per quartam partem pluri-
mi principantur. Uoce etenim
nri redemptoris dicitur.

Omne regnum in seipsum diuisum
 desolabitur . . . Liqueet ergo quod
 ad finem regni iudaea per uenerat
 quae tot regibus diuisa subiacebat . . .
 A pte quoque non solum quibus
 regibus . sed quibus & iam sacerdoti
 bus actum sit demonstratur . . .
 Ut quia illum iohannes baptista
 predicaret . qui simul rex & sacer
 dos existeret . . . Lucas euangelista
 praedicationis eius tempora . per
 regnum & sacerdotum designauit . . .
 Et uenit in omnem regionem ior
 danis . predicans baptismum pae
 nitentiae in remissionem peccatoru
 Cunctis legentibus liquet . quia iohan
 nes baptismum paenitentiae non
 solum predicauit . uerum & iam
 quibusdam dedit . . . Sed tamen bap
 tismum suum in remissionem pec
 catorum dare non potuit . . . Remis
 sio enim peccatorum . in solo nobis
 baptismo xpi tribuitur . . . No
 tandum itaque quod dicitur . pre
 dicans baptismum paenitentiae
 in remissionem peccatorum . . .
 Quo baptismum quod peccata solue
 re . qui dare non poterat . predicabat . . .
 Ut sicut incarnatum uerbum patris
 praecurrebat uerbo predicationis . . .
 ita baptismum paenitentiae quo pec
 cata soluuntur . praecurreret suo
 baptismo . quo peccata solui non
 possunt . . . Ut quia eius sermo

praecurrebat praesentiam redemp
 toris . ipsum quoque eius bap tis
 ma praecedendo fieret umbra ueritatis . . .
 sequitur . . . Sicut scriptum est in
 libro sermonum esaiiae prophetae . . .
 Vox clamantis in deserto . parate uia
 dni . rectas facite semitas eius . . .
 Idem uero iohannes baptista requi
 situs quiesceret . respondit . . . Ego
 uox clamantis in deserto . . . Qui
 sicut ante nos dictum est . . .
 Ideo uox a propheta uocatus est . quia
 uerbum praebat . . . Quid autem
 clamaret aperitur . cum subditur . . .
 Parate uiam dni . rectas facite semi
 tas eius . . . Omnis qui fidem rec
 tam et bona opera praedicat . . .
 Quid aliud quam uenienti dno . ad cor
 da audientium uiam parat . . .
 Ut haec uis gratiae penetret . lumen
 ueritatis inlustret . . . Ut rectas
 do semitas faciat . dum mundas
 in animo cogitationes . per sermone
 bono praedicationis format . . . Omnis
 uallis implebitur . et omnis mons
 & collis humiliabitur . . . Quid
 hoc loco uallium . nomine . nisi
 humiles . . . Quid montium & colli
 um . nisi superbi homines designan
 tur . . . In aduentu igitur re
 demptoris . ualles impletas .
 montes et colles humiliati sunt . . .
 quia iuxta eius uocem . omnis qui se
 exaltat humiliabitur . et qui se

humiliat & altabitur . . . Vallis
& enim impl&a crescit . . . mons autem
& collis humiliatus decreuit . . .

Quia nimirum in fide mediatoris
di & hominum hominis xpi ihu .
& gentilitas plenitudinem gratiae
accepit . Et iudaea per errorem
perfidiae hoc unde timebat per
didit . . . Omnis enim uallis im
plebitur . . . quia corda humilium
sacrae doctrinae eloquio uirtutu
gratia replebantur . iuxta hoc
quod scriptum est . . . Qui mit
tit fontes in conuallibus . et rursum
dicitur . et conualles abundabunt
frumento . . . A montibus namq;
aqua dilabitur . quia superbas
mentes ueritatis doctrina deserit .

Sed fontes in conuallibus surgunt .
quia mentes humilium uerbam prae
dicationis accipiunt . . . Iam uidemus
Iam conualles frumento abundare
conspicimus . quia illorum ora
pabulo ueritatis impl&asunt .

Qui mittes ac simplices huic mundo
despicabiles esse uidebantur . . .

Ipsam quoque iohannem baptistam
quia mira scitate praeditum popu
lus uiderat . Illam hunc esse singu
lariter celsum ac solidum montem
credebat . De quo scriptum est . . .

In nouissimis dierum . . . erit mons
domus dni praeparatus in uertice
montium . . . Nam hanc esse

xpm putabat . sicut per euangelium di
citur . aestimante autem populo
& cogitantibus omnibus in cordibus
suis de iohanne . ne forte ipse esset
xps . . . Quem & requirebant dicen
tes . Numquid xps es tu . . . Sed
nisi isdem iohannes apud se uallis
esset . repl&as gratiae spu non suis
set . . . Qui ut hoc quod erat osten
der& dixit . . . Venit fortior me
cuius non sum dignus . soluere cor
rigiam calciamenti eius . . . Et
rursus ait . . . Qui habet sponsam
sponsus est . . . Amicus autem
sponsi qui stat & audit eum . gaudio
gaudet propter uocem sponsi .
hoc autem gaudium meum imple
tum est . . . Illum oportet crescere
me autem minui . . . Ecce cum pro
mira operatione uirtutum . Talis
esset . ut xps esse crederetur . Non
solum xpm non se esse respondit .
sed etiam corrigiam calciamenti eius
soluere . . . Id est incarnationis eius
mysterium per scrutari . Non sed dig
num esse perhibuit . . . Eius esse
sponsam a ecclesiam credebant .
Qui hunc quia xps esset aestimabant .
sed ait . Qui habet sponsam sponsus est .
Ac si dicer& . . . Ego sponsus non sum .
sed amicus sponsi sum . . . Ne & prop
ter uocem suam . sed in uoce sponsi
gaudere se perhibebat . Quia non
ideo la&abatur in corde . quod a popu

lis humiliter audiebatur loquens. sed quia ipse ueritatis uocem audiebat intus ut loqueretur foras. Quod bene gaudium impletum dicit. Quia quis quis de sua uoce gaudet. plenum gaudium non habet. A quo & subditur. Illum oportet crescere me autem minui. Quia inrequerendum est. in quo creuit xps. In quo minutus est iohannes. Nisi quod populus iohannis abstinentiam uident. remota hunc ab hominibus esse conspicient. eum esse xpm putabat. Xpm uero cum publicanis comederem. Inter peccatores ambularem intuentem non xpm sed prophetam esse credebat. Sed cum per accessum temporis. Et xps qui propheta esse putabatur. xps est agnitus. Et iohannes qui xps esse credebatur. propheta esse innotuit. Impletum est. quod de xpo suis praecursor praedixit. Illum oportet crescere me autem minui. In aestimatione quippe populi. Et xps creuit. quia agnitus est quod erat. Et iohannes decreuit. quia cessauit dici quod non erat. Igitur quo & isdem iohannes ideo infirmitate perstitit. quia in cordis humilitate perdurauit. Et multi idcirco ceciderunt. quia apud semetipsos elata cogitatione tumuerunt. Dicatur recte. Omnis uallis implebitur. Et omnis

mons & collis humiliabitur. Quia humiles donum accipiunt. quod a se corda superbientium repellunt. sequitur. Et erunt praua indirecta & aspera in uias planas. Prava indirecta fiunt. cum malorum corda per iniustitiam de torta ad iustitiae regulam diriguntur. Et aspera in uias planas immutantur. Cum inimicos atque iracundae mentes. per infusionem supernae gratiae. ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim uerbum ueritatis ab iracundamente non recipitur. quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda. per acceptam mansuetudinis gratiam. correptiones uel exhortationes recipit. ubi planam uiam praedicator inuenit. Ubi prius per asperitatem itineris pergere. id est praedicationis gressum ponere non ualebat. sequitur. Et uidebit omnis caro salutare dei. Quia omnis caro accipitur omnis homo. uidelicet salutare dei xpm in hac uita. omnis homo uidere non potuit. Ubi ergo in hac sententia prophetae prophetiae oculum. nisi ad extremum iudicii diem tendit. Ubi cum aperis caelis. ministrantibus angelis. considentibus apostolis. in sede maiestatis suae xps apperuerit. Omnes hanc & electi & reprobi pariter uidebunt. ut et iusti de manere

retributionis sine fine gaudeant.
& iniusti ultione supplicii in perpe-
tuum gemant. Nam quia hoc is-
ta sententia intendit. quod in ex-
tremo & amine ab omni carne ui-
debitur. Recte subiungitur.

Dicebat autem ad turbas. quae
exiebant ut baptizarentur ab eo.

Genimina uiperarum. qui ostendit
uobis fugere a uentura ira. Ven-
tura enim ira est. animaduersio ul-
tionis & tremae. quam tunc fugere
peccator non ualeat. qui nunc ad lam-
ta paenitentiae non recurrit.

Et notandam quod malae soboles.
malorum parentum actiones imi-
tantes. Genimina uiperarum
uocantur. quia per hoc quod bonis
in uident. eosque persequuntur.

Quod quibusdam mala se tribuunt.
quod lesiones proximis exquirunt.

Quo in his omnibus priorum suorum
carnalium uias secuntur. Quasi
uenenati filii. de uenenatis parenti-
bus nati sunt. Sed quia iam pecca-
uimus. quia usu male consuetu-
dinis inuoluti sumus. Dicat
quid nobis faciendum sit ut fugere
a uentura ira ualeamus. sequitur.

Facite ergo fructus dignos peniten-
tiae. In quibus uerbis notandum est.
quod amicus sponsi. non solum
fructus paenitentiae. sed dignos
paenitentiae ammonet esse faci-

endos. Aliud namque est fruc-
tum facere. Aliud dignam paeni-
tentiae facere. Utenim secun-
dum dignos paenitentiae fructus
loquamur. sciendum est. quia quis
quis illicita nulla commisit. huius
iure conceditur. ut licitis utatur.
sicque pietatis opera faciat. ut
tamen si noluerit. ea quae mundi
sunt non relinquat. At si quis
in fornicationis culpa. uel for tasse
quod est grauius in adulterio lapsus
est. tanto a se licita debet abscidere.
quanto se meminit. illicita perpetrasse.

Neque enim pars una fructus bono-
peris esse debet. eius qui minus. et
eius qui amplius deliquit. aut eius
qui in quibusdam facinoribus cecidit.
et eius qui in multis est lapsus.

Per hoc ergo quod dicitur. facite
fructus dignos paenitentiae. Unius
cuiusque conscientia conuenitur.
ut tanto maiora quaerit bonorum
operum lucra per paenitentiam.
Quanto grauiora sibi intulit dam-
na per culpam. Sed iudaei de
generis nobilitatis gloriantes. id
circo se agnoscere peccatores nolle-
bant. qui de abraham stirpe des-
cenderent. Quibus recte dicitur.

Et ne coeperitis dicere. patrem ha-
bemus abraham. Dico enim uobis
quia potens est deus de lapidibus istis
suscitare filios abraham.

Quidem lapides. nisi corda gentilia fuerunt. ad intellectum dei omnipotentis insensibilia. sicut & iam quibusdam ex iudaeis dicitur. **A**fferam cor lapideum de carne uestra. **N**ec in merito lapidum nomine gentes significatae sunt. quae lapides coluerunt. Unde scriptum est. Similes illis fiant qui faciunt ea. et omnes qui confidunt in eis. De quibus nimirum lapidibus. filii abraham suscitati sunt. quidam dura corda gentilium in abraham semine. id est in christo crediderunt. eius filii facti sunt. cuius semini sunt uniti. Unde et eisdem gentibus. per egregium praedcatorem dicitur. **S**icut enim uos christi. ergo abraham semestis. Sugitur nos per fidem christi. abraham iam semen existimus. iudaei propter perfidiam. abraham filii esse desierunt. Quia uero in illo die tremendi examinis. boni malis filii prodesse non possunt. Testatur propheta quid dicit. **N**oe. danihel. et iob. si fuerint in medio eius. uiuo ego dicit dominus deus. quia filium & filiam non liberabant. sed ipsi iustitiam suam liberabant animas suas. **E**t rursum quia boni filii. nihil malis parentibus proficiunt. sed ad reatum potius malorum parentum. proficiat bonitas filiorum. Ipsa per se ueritas iudaeis non creden-

dentibus dicit. **S**iego in beelzebub eicio daemona. filii uestri in quo eiciunt. ideo ipsi iudices uiri erunt. sequitur. **I**am enim securis ad radicem arboris posita. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum. Excidetur. et ignem mittetur. **A**rbor huius mundi est. uniuersum genus humanam. securis uero est. scilicet redemptor noster. qui uelut ex manubrio et ferro tenetur. ex humanitate. sed incidit ex diuinitate. Quae uidelicet securis ad radicem arboris est posita. Quia & per patientiam expectat. uideatur tamen quid factura est. **O**mnis enim arbor. non faciens fructum bonum. Excidetur et in ignem mittetur. Quia unus quisque per uersus. paratam citius gehennae concremationem inuenit. qui hic fructum boni operis facere contemnit. **E**t notandum quod securam non iuxta ramos positam. sed ad radicem dicit. **C**um enim malorum filii tolluntur. quid aliud quam rami infructuosae arboris absciduntur. **C**um uero tota simul progenies cum parente tollitur. infructuosa arbor. a radice abscisa est. ne iam remaneat. Unde prauae iterum soboles succrescant. **I**n quibus iohannis baptistae

uerbis constat · quod audientiu
corda turbata sunt · cum protinus
sub infer tur · Et interrogabit
eum turbae dicentes · Quid er
go faciemus? percussae enim terro
re fuerant · quae consilium quae
rebant · sequitur · Respondens
autem dicebat illis · Qui habet
duas tunicas · det non habenti ·
Et qui habet escas · similiter faciat ·
Per hoc quod tunica plus est necessa
ria usui nostro · quam pallium ·
ad fructum dignum paenitentiae per
tinet · Ut non solum exteriora
quaeque & minus necessaria · sed
ipsa ualde nobis necessaria · diuide
re cum proximis debeamus ·
Scilicet uel escam quae carnaliter ui
uimus · uel tunicam quae uestimur ·
Quia enim in lege scriptum est ·
Diliges proximum tuum sicut teipsum ·
Minus proximum amare · conuincitur ·
Qui non cum eo · in necessitate illius ·
Etiam ea quae sibi sunt necessaria
partitur · Idcirco ergo diuiden
dis cum proximo duabus tunicis da
tur praeceptum · quia hoc de una
dici non potuit · Quomodo si una diui
ditur · nemo uestitur · Indimi
dia quippe tunica · & nudus rema
net qui accipit · Et nudus qui dedit ·
Inter haec autem sciendum est · quan
tum misericordiae opera ualeant ·
Cum ad fructus dignos paenitentiae ·

ipsa praeceteris praecipiantur ·
Hinc & iam per semet ipsam ueritas
dicit · Date elemosinam · Et ecce
omnia munda sunt uobis · Hinc
rursus ait · Date · et dabitur uobis ·
Hinc scriptum est · Ignem ardentem
extinguit aqua · Et elemosina resis
tit peccatis · Hinc iterum dicitur ·
Conclude elemosinam in corde paupe
ris · Et haec pro te & orabit ·
Hinc bonus pater · innocentem filium
ammonet dicens · Simultum
tibi fuerit · abundantiter tribue · si
exiguum fuerit · Et tiam exiguum
libenter stude in per tiri · Ut
autem quanta esset uirtus inconti
nentia et susceptione indigentium
ostenderet · Redemptor noster
dixit · Qui recipit prophetam
in nomine prophetae · mercedem
prophetae accipiet · Et qui recipit
iustum in nomine iusti mercedem
iusti accipiet · In quibus uerbis
notandum est · quia non aut mercede
de propheta · uel mercedem de iusto ·
sed mercedem prophetae · & mercede
iusti accipiet · Aliud est enim mer
ces de propheta · Aliud merces pro
phetae · Atque aliud merces de
iusto · aliud merces iusti · Quid est
enim mercedem prophetae accipiet
nisi quia is qui prophetam sua lar
gitate sustentat · quamuis ipse
prophetiam non habeat · apud om

in potentem tamen dnm prophetiae
 praemia habebit . . . Iste enim for
 tasse iustus est . et quanto in hoc mun
 do nihil possidet . tanto loquendi pro
 iustitia fiduciam maiorem habet . . .
 Hunc dum ille sustentat . qui in hoc
 mundo aliquid possidet . Et fortas
 se pro iustitia adhuc loqui libere
 non praesumit . iustitiae illius liber
 tatem sibi participem facit . . .

Ut cum eo pariter iustitiae praemia re
 cipiatur . quem sustentando adiuuit .
 quatenus eandem iustitiam libere lo
 qui potuit . . . Ille prophetiae
 spu plenus est . sed tamen corporeo eget
 alimento . . . Et si corpus non resi
 citur . certum est quod uox ipsa sub
 trahatur . . . Qui igitur alimenta
 prophetae . propter hoc quod prophe
 ta est . tribuit . prophetiae illius ui
 res ad loquendum dedit . . . Cum
 propheta ergo mercedem prophetae
 accipiat . qui & spu prophetiae ple
 nus non fuit . hoc tamen ante di oeu
 lor exhibuit . quod adiuuit . . .

Hinc est enim quod de quibusdam pe
 regrinantibus fratribus gauo . per
 iohannem dicitur . . . Pronomi
 ne enim xpi profectusunt nihil ac
 cipientes a gentilibus . . . Nos ergo
 debemus suscipere eiusmodi . ut
 cooperatores simus ueritatis . . .

Quem spiritualia dona habentibus .
 temporalia subsidia tribuit . in ipsis

donis spiritualibus cooperatores existit .
 Nam cum paucissimi qui spiritualia
 dona percipiunt . & multi qui rebus
 temporalibus abundant . per hoc se
 diuites uirtutibus pauperum inse
 runt . quo eisdem scis pauperibus
 desuis diligentius solaciantur . . . Vnde
 cum per esaias uocem . dñs derelictae
 gentilitate id est scē accelesiae . spiri
 talium uirtutum merita tamqua
 deserto arbusta promittet & .

Ultimum quoque pariter promittit
 dicens . . . Ponam desertum in stag
 num aquae . Et terram inuiam in ri
 uos aquarum . . . Dabo in solitudine cae
 drum . & spinam . mirrum . et lignu
 oliuae . . . Ponam in desertum abietem
 ulmum . & baxum . simul . ut uideant
 & sciunt et recogitent . & intellegant
 pariter . . . Desertum quippe dñs
 in stagnum aquarum . et terram inuia
 in riuos aquarum posuit . quia genti
 litati quae prius per ariditatem
 mentis . nullos bonorum operum fruc
 tus ferebat . fluente scē predicatio
 nis dedit . et ipsa adquam prius p
 asperitate suae siccitatis . uia praedi
 catoribus non patebat . doctrinae
 post modum riuos emanauit . . .

Cui adhuc & munere magno pro
 mittitur . Dabo in solitudine cae
 drum . & spinam . . . Cedrum quia
 magni odoris est . atque in putribi
 lis naturae . iurae accipimus in pro

missione: Despina uero camp &
canti homini dictum sit. terra tua
spinas & tribulos germinabit tibi.
Quid mirum si scilicet ecclesiae illud
promittitur. quod peccanti homi
ni pro poena multiplicatur.
Sed cedri nomine significantur hi
qui uirtutes & signa exhibent in
sua operatione. Quod dicere cum
paulo ualent. xpi bonus odor
sumus deo. Quorum corde ita
interno amore solidata sunt. ut
ea iam terreni amoris patre deo nul
la corrumpat. Per spinam
uero significati sunt. doctrinae spiri
tales uiri. quidam de peccatis ac
uirtutibus differunt. Et modo
aeterna supplicia minantur.
modo caelestis regni gaudia pro
mittunt. cor audientiam pungunt.
Sicque mentem dolore conpunctio
nis perforant. ut ab eorum oculis
quasi quidam sanguis animae lacri
me decurrant. Myrtus uero
temperatiuae uirtutis est. ita ut
dissoluta membra temperando
constringat. Qui itaque per
myrtum. nisi hi signati sunt.
qui afflictionibus proximorum con
patiuntur. eorumque tribulatione
per conpassionem temperant.
Iuxta hoc quod scriptum est.
Gratias agit deo qui consolatur nos
in omni tribulatione nostra. ut pos

simus & ipsi consolari eos qui in om
ni pressati sunt. Quidam afflic
tis proximis uerbum uel opem
consolationis ferunt. eos procul
dubio ad statum rectitudinis per
stringunt. Ne inmoderata tribu
latione in desperatione soluantur.
Quos autem per oliuam. nisi mise
ricordes accipimus. Quia et gre
cae. oleos misericordia uocatur.
Et quasi oliuae liquor ante omni
potentis dei oculos. misericordiae
fructus lucet. Cui adhuc in pro
missione subiungitur. Pona
in deserto abietem ulmum & bu
xam simul. Qui per abietem
quae ualde crescendo ad aeris alta
sustollitur. nisi hi designati sunt.
qui intra seam ecclesiam adhuc
interrenis corporibus positi. iam
caelestia contemplantur.
Et quam uis nascendo de terra ex
eant. contemplando tamen. iam
iuxta aethera uerticem mentis
tollunt. Et quid per ulmum.
nisi secularium mentes expresse
sunt. quaedam terrenis adhuc
caris inseruiunt. Nullam uir
tutum spiritualium fructum ferunt.
Sed & si fructum proprium ulmus
non habet. portare tamen uitam
cum fructu solet. Quia & secula
res uiri. intra seam ecclesiam.
quam uis spiritualium uirtutum

... dona non habent. Dum tamen
... scos viros donis spiritualibus plenos
... sua largitate sustentant. quid ali
... ad quam uitem cum botris por tant.

Buxus autem quos alios designat
... qui in altum non proficit. Et quam
... uis fructum non habeat. uiriditate
... habet. nisi eos qui intra scam ecclesia
... adhuc & aetatis infirmitate bona
... opera ferre non ualent. sed tamen
... parentum fidelium credulitatem
... sequentes fidem perpetuae uiriditatis
... tenent. Post quae omnia apte

subiungitur. Ut uideant et sci
... ant & recogitent & intellegant pa
... riter. Ad hoc enim cedrus in aece
... sia ponitur. ut quisquis a proximo
... odorem uirtutum spiritualium tra
... hit. ipse quoque internae uitae
... delectatione non torpeat. sed ad do
... norum caelestium desideria ignes
... cit. Ad hoc spina ponitur. ut

qui praedicationis eius uerbo conpunc
... tus fuerit. ipse quoque exemplo illi
... us discat. corda sequentium praedi
... cationis uerbo conpungere.

Ad hoc mirrus ponitur. ut qui in ar
... dore tribulationis. a bore uel opere
... proximi. compatiens. temperamen
... tum consolationis. acceperit. ip
... se etiam discat. quemadmodum
... afflictis proximis. suae consolatio
... nis temperamentum proferat.

Ad hoc oliua ponitur. ut qui alienae

misericaordiae opera cognoscit. discat
... quem admodum debeat indigenti pro
... ximo. & ipse misereri. Ad hoc abies
... ponitur. ut quisquis uim contempla
... tionis eius. agnouerit. ipse quoque
... ad contemplanda aeterna premia
... succendatur.

Ad hoc ulmus ponitur.
... ut quisquis intuetur. cum qui habere
... uirtutum fructum spiritualium non
... ualeat. sed tamen eos qui spiritualibus
... donis pleni sunt sustentat. ipse quo
... que scorum uitae. quanta ualeat lar
... gitate inseruiat. Et caelestium bono
... rum botros. quos gignendo non ualeat
... sustinendo ferat.

Ad hoc buxus
... ponitur. ut qui habere multos ad
... huc in infirmitate positos. ueris fidei
... uiriditatem considerat. Et tamen esse
... ipse infidelis erubescat. Bene et
... go descriptus prius arboribus dicitur.
... ut uideant & sciant. et recogitent et
... intellegant.

Ubi & apte subiun
... gitur. pariter. Quia cum intra scam
... ecclesiam. diuersi hominum mores.
... diuersi sunt ordines. necesse est
... ut omnes simul discant. dum in ea
... spirituales uiri. diuersae qualitatis. adiectis
... & ordinis. ad imitandum simul ui
... dentur.

Sed ecce nos. dum mon
... strare ulmum quaerimus. per mul
... ta arbusta. longius euagati sumus.

Ad hoc itaque propter quod prophe
... tae testimonium protulimus. reuer
... tamur. Qui recipit prophetam

in nomine prophetae mercedem pro
phetae accipit. Quia & si fructum
alms non habet. uitam tamen cum
fructibus portans. haec ipsa sua
efficit. quae bene sustentat aliena.
Quia uero ad magnanos opera iohan
nes ammonet dicens. **F**acite
fructus dignos paenitentiae. Et
rursus. Qui habet duas tunicas
& non habenti. Et qui habet es
cas similiter faciat. Jam paten
ter datur intellegi. Quid est quod
ueritas dicit. **A**diebus autem
iohannis baptistae usque nunc. reg
num caelorum uim patitur & ui
olenti diripiunt illud. Quae
supernae uerba sententiae. nobis sunt
magnopere per seruanda. Nam
quaerendum est. quomodo uim per
p&ri regnum caelorum possit.
Quis enim caelo uiolentiam interrogat.
Et rursus quaerendum est. si pati uim
regnum caelorum potest. & uiolenti
diripiunt illud. cur eandem uim
adiebus iohannis baptistae. & non
& iam ante pertulerit. In lege
uero scriptum est. Siquis haec
uel illa fecerit. morte moriatur.
Cunctis legentibus liquet. quia p&e
catores quosque. poenae suae seue
ritatis perculit. Non autem per
paenitentiae adiutam reduxit. **A**
Cum uero iohannes baptista. redem
ptoris gratiam praecurrens. paeniten

tiam praedicat. ut p&ccator. qui ex
culpa est mortuus. per conuersionem
uiuat. **P**rofecto adiebus iohan
nis baptistae. regnum caelorum
uim patitur. **Q**uid est autem
regnum caelorum. nisi locus iusto
rum. Soli enim iustis. caelestis
patriae praemia debentur. ut hu
miles. casti. mites. atq; misericor
des. ad gaudia supernae perueni
ant. **C**um uero quis. uel superbia
tumidus. uel carnis facinor& pollu
tus. uel iracundia accensus. uel
crudelitate impius. Post culpas
ad paenitentiam redit. & uitam
aeternam percipit. quasi in locu
p&ccator intrat alienum.
Adiebus autem iohannis baptistae.
regnum caelorum uim patitur.
& uiolenti rapiunt illud. **Q**uia
qui paenitentiam p&ccatoribus indi
xit. quid aliud quam caelorum reg
no fieri uiolentiam docuit.
Recogitemus ergo frs. kmu. malice
quae fecimus. Et nos metipsos. as
fiduis lumentis atteramus.
Hereditatem iustorum. quam non
tenuimus per uitam. rapiamus p
paenitentiam. **U**ult anobis
omnip&is ds. talem uiolentiam per
p&ri. Nam regnum caelorum. rapi
uult nris fletibus. quod nris me
ritis non debetur. Abspei ergo
certitudine. **N**ulla nos maloru

38R

nostrorum qualitas. nulla quanti-
 tas frangat. Prestat magnam
 ueniae fiduciam. Latro ille uenera-
 bilis. qui non inde uenerabilis. unde
 latro. Nam latro ex crudelitate.
 uenerabilis & confessione. Cogi-
 tate rogo cogitate. Quam sint incon-
 prehensibilia in omnipotente do-
 misericordiae uiscera. Latro
 iste cruentis manibus abstractus
 a fauce taneris. suspensus est in pa-
 tabulo crucis. Ibi confessus. ibi
 sanatus. Ibi audire meruit. ho-
 die mecum eris in paradiso. Quid
 est hoc? quis tantam bonitatem
 di dicere. quis aestimare sufficiat.
 De ipsa poena criminis. peruenit ad
 praemia uirtutis. Idcirco autem
 omnipotens deus electos suos in qui-
 busdam lapsibus cadere permisit.
 ut alius in culpa iacentibus. si toto ad-
 eum corde consurgant. spem ue-
 niae redderent. Et eis per lamenta
 paenitentiae. uiam pietatis aperiret.
 Exerceamus ergo nos metipsos in la-
 mentis. Extinguamus fletibus.
 et dignis paenitentiae fructibus culpas.
 Tempora indulta non pereant. quia
 qui multos a suis iniquitatibus iam
 sanatos aspiciamus. quid aliud quam
 supernae misericordiae pignus
 tenemus.

**SERMO BEATI MAXI-
 MII EPISCOPI DICENDUS AN**

LITE NATALE DNI.
 aetitia quanta sit. quantumque
 concursus. Cum imperatoris mun-
 di istius natalis celebra-
 dus est. bene nostis.

Quem admodum duces eius & prin-
 cipes. omnes & iam militantes.
 acurati sircis uestibus. ad cincti
 operosis cingulis. auro fulgente
 practiosis. ambiant solito nitidius
 in conspectu regis incedere.

Credunt enim maius esse imperato-
 ris gaudium. si uiderit maiorem
 suae apparitionis ornatum.

Tantoque illum laetum futurum.
 quanto ipsi fuerint in eius festiuitate
 deuoti. Ut quia imperator
 tamquam homo corda non conspiciat.
 affectum eorum circa se probe-
 uel habitum contuendo. Ita fit
 ut splendidius se accuret. quisque
 regem fidelius diligit. Deinde
 quia in die natalis sui. sciunt eum
 largum futurum. ac donaturum
 plurima ut ministris suis. uel his
 qui in domo eius abiecti putantur
 & uiles. Tanta prius thesauros
 eius replere diuitiarum uarietate
 festinant. ut in quantum pro
 rogare uoluerit. in tantum pro
 rogatio copiosa non desit.

Et ante uoluntas donandi deficiat.
 quam substantia largiendi.
 Haec autem ideo sollicite faciunt: